·/· Frater fratrem spoliando discrucia[t]. Sero dentes uiri mutuo. Bibunt sanguine[m]
affinium. Talibus homines inlecebris stigio sp[iritu]s conglomerant. Visitent ut humanę

rabient
scelerum
luxuria
criminum

dicentem in sp[iritu] Uenite filii audite me timorem
d[omi]ni docebo uos. Secunda uocatio in nouo testa-
menta p[er] filium xp[istu]m saluatorem dicentem Ue-
nite ad me omnes qui laboratis et onerati estis
et ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos
et discite a me quia mitis sum et humilis corde et
inuenietis requiem animab[us] u[est]ris iugu[m] enim meu[m]
suaue est et onus meu[m] leue. Tertia uocatio in die
iudicii p[er] reddendum dicentem Uenite benedic-
ti patris mei p[er]cipite regnu[m] quod uobis paratu[m] [est]
ab origine mundi. Ubi lumen indificiens ubi gau-
dium sempiternum et uita perennis ubi n[on] uide-
bitur malu[m] et n[on] deficit omne bonum. Ubi habun-
dantia pacis et perfectio caritatis et augmentum
iustitie et abiectio quisatiae ubi lenitas cordium
et corporu[m]. Ubi humilitas plena ubi obedientia
in laudib[us] carminu[m] diuinoru[m]. Ubi p[re]mia aeterna
et regnu[m] aeternu[m] ubi s[an]c[t]i et electi cum angelis et[c].

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_220/0043